Morbio 23 (121)

In nomine domini Amen. Millesimo quadringentesimo nonagesimoprimo Inditione decima die Jovis primo mensis Septembris in tertijs hora debita coram spectabili ac sapiente et egregio Iuris utriusque doctore domino Bernardino de Aretio vicario et [illegible] prioris communis Mediolani pro tribunali sedente super eius solito bancho Iuridico sito super pallatio Iustitie seu credentie posito in broleto novo communis Mediolani ubi per eum more solito Iura redduntur. Comparet personaliter dominus paulus de canevexijs filius quondam domini [illegible] protasij porte Vercelline parochie sancti Nazarij ad petram sanctam Mediolani. Volens et Intendens uti et gaudere beneficio statuti communis Mediolani facti et editi super venditionibus et alienationibus bonorum et rerum immobilium [illegible] et que fieri possint libere sine fideiussione necnon additis reformatis constitutis correctis et ordinatis super hijs editis et factis et dedit et dat Infrascriptis et eius sacramento affirmavit Iurando et Iuravit et Iurat ad sancta dei evangelia manu corporaliter tactis scripturis coram eo domino vicario et in eius manibus et in et super animam ipsius domini pauli quod Infrascripta bona et Iura Inferius specificata que voluit poni ad cridam seu ad cridas vere et realiter et suo nomine proprio et non alieno nomine dictus dominus paulus tenet et possidet [illegible] nomine tenentur et possidentur et ad sui proprium comodum. Et quod ab anno uno citra seu Infra annum unum proxime preteritum ante hanc comparitionem suo scire non fuit nec est facta aliqua unio divisio nec seperatio de dictis Infrascriptis bonis et Juribus nec aliqua parte eorum et quod dictus dominus paulus vult et Intendit dicta Infrascripta bona et Iura vendere Iuxta et secundum formam et cum beneficio dicti statuti additis reformatis constitutis correctis et ordinatis super hijs editis et factis et de quibus fit mentio et supra et cum Instantia requisivit et procuravit et petit et cum Instantia requirit et procurat dictus dominus paulus ab eo domino vicario quatenus ex eius parte et precepto fieri facere vellit et debeat per preacones seu tubatores communis Mediolani seu aliquem vel aliquos ex eis cridas et proclamationes debitas et necessarias pro huiusmodi venditione fieri publice et alta voce sono tube premisso ad schallas pallatij magni broleti novi communis Mediolani et ad arengheriam que est super lobia de osijs posita in broleto novo communis Mediolani et in utraque parte ipsarum partium hora sexte vel circha seu hora vesperarum vel circha et de die clara ad et per loca cunta Mediolani ubi et in quibus proclamationes et cride solent et debent fieri et etiam in contrata domus habitationis dicti domini pauli site in dicta porta Vercellina parochia sancti Nazarij ad petram sanctam Mediolani Et hec omnia in presentia duorum testium et etiam tribus vicibus in una ebdemoda et alijs tribus vicibus in alia ebdemoda sequenti diversis diebus et una vice in altera ex ipsis ebdemodis in publicis plateis seu contratis parochie sancti petri ad linti porte Vercelline Mediolani et parochie sancti Carpofori porte Cumane Mediolani in quibus portis et parochijs sunt et Jacent dicta Infrascripta bona et Iura vendenda ut Infra et quod copiam seu copias ipsarum cridarum et proclamationum poni et dimitti fatiat per eos preacones et tubatores seu aliquem vel aliquos ex eis in quibus [illegible] locis et partibus in quibus poni et dimitti debent et prout requiritur ex forma dicti statuti de quibus et in omnibus et per omnia comparet Infrascriptis dat Iurat petit et procurat prout requiritur ex forma dicti statuti additis reformatis constitutis correctis et ordinatis super hijs editis et factis et hanc comparitionem in scriptis datam requisitionem et sacramentum et petita et hec omnia et singula dictus dominus paulus dimisit et dimittit notario dicti offitij prioris in fillo et libro peremptoriis secundum formam dicti statuti. Que vero bona et Iura sunt hec videlicet Sedimen unum situm et Jacens in porta Vercellina parochia sancti petri ad linti Mediolani quod est cum suis hedifficijs cameris solarijs curte putheo canepa loco unali salla cusina et alijs suis Iuribus et pertinentijs cui coheret ab una parte pasquirola dicte ecclesie sancti petri ad linti ab alijs duabus partibus strata et ab alia domus dicte ecclesie. Item tertia pars vel circha pro diviso sedimis unius sedimmis Jacentis in porta Cumana parochie sancti Carpofori foris Mediolani que tertia pars pro diviso est cum cameris tribus in terra videlicet duabus contiguis et alia ad opposita cameris duabus videlicet una supra dictas duas cameras contiguas et altera supra dictam aliam cameram et supra locum unum cum solario uno a blado sito supra dicta camera que sita est supra dictas duas cameras lobia una prope dictum solarium et prope dictas Cameras curte posteriori cum Iure utendi putheo sedimmis et etiam Iure utendi porta et andito porte et accessiandi per curtem anteriorem que omnia sita sunt in sedimine uno Jacente in dictis porta et parochia quod est cum hedifficijs predictis et alijs hedifficijs Iuribus et pertinentijs cui sedimmi coheret ab una parte videlicet a parte posteriori Imparte hospitium pellis domini Francisci segazoni seu per eum tenetur et Imparte hospitium anolelli et tenetur per dictum Dimianum de borrigijs ab alia similiter dictum Dimianum prope hospitium ab alia heredes quondam domini stephani de dugnano et ab alia fuit thomasini de ballassina et ab alia strata et que bona expressa videlicet sunt in parte posteriori. Et hec omnia cum suis accessijs Iuribus et pertinentijs. Salvo errore coherentiarum si qui adesset Ita quod veritati sit locus.

Ambrosius Spanzota notarius prioris communis Mediolani [illegible]

In nomine domini Amen Millesimo quadringentesimo nonagesimoprimo Inditione decima die Jovis primo mensis Septembris spectabilis ac sapiens et egregius Iuris utriusque doctor dominus Bernardinus de Aretio vicarius [illegible] prioris communis Mediolani [illegible] In primis vidit et deligenter examinavit quasdam comparitiones Inscriptis datas requisitiones et sacramentum omnia eo facta per prefatum dominum paulum de canevexijs [illegible] dicti offitij et etiam prioris constitutis correctis et ordinatis ac additis super hijs editis et factis etiam ad petitionem et Instantiam et requisitionem ac procurationem dicti et Infrascripti domini pauli [illegible] alias omnibus modo Iure via et forma quibus melius potuit et potest commisit Imposuit et in mandatis dedit et dat Martino et Johanni [illegible] pisono et Jacobo de bonsilijs omnibus preaconibus publicis et tubatoribus communis Mediolani et cuilibet eorum Insolidum Ita quod occupantis non sit melior conditio et quod quicquid unus [illegible] Insolidum mediare prosequi et finire possit et valeat et possint et valeant quatenus ex eius parte et precepto et ad petitionem et Instantiam dicti procuratoris [illegible] tubatores seu aliquis vel aliqui eorum cridas et proclamationes debitas et necessarias pro huiusmodi venditione fieri publice et alta voce sono tube premisso ad [illegible] lobia de osijs posita in broletto novo communis Mediolani et in utraque parte ipsarum partium hora sexte vel circha seu hora vesperarum vel circha et de die clara [illegible] debent fieri et etiam in contrata domus habitationis dicti domini pauli de canevexijs site in porta Vercellina parochie sancti Nazarij ad petram sanctam Mediolani et hec omnia in [illegible] tribus vicibus in alia ebdemoda sequenti diversis diebus et una vice in altera ex ipsis ebdemodis in publicis plateis seu contratis ecclesiarum sancti petri ad linti [illegible] sunt et Jacent dicta Infrascripta bona et Iura vendenda ut Infra et in omnibus locis et partibus et tot vicibus diebus et horis ac illis [illegible] reformatis constitutis correctis et ordinatis de quibus Infra fit mentio proclamando effectualiter in hunc modum et per hec verba videlicet Nobim [illegible]

[illegible]

Ambrosius Spanzota notarius prioris communis Mediolani [illegible]

Franciscus [illegible] [illegible]

121
1491. 1. Sept.

Morbio 23 (122)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1859460178-14/fragment/page=0002